

» transeundo medietatem Consilii, et si Consilium est contra, sit  
» revocatum.

*De non . . . . .* 4.

*Alii de Parte.*

*Non sincere . . . . .* 3.

» Et ut predicta penitus observentur et removeatur de menti-  
» bus quorumcumque de non revocando nec loquendo aliquid  
» circa revocationem predictorum, non possint revocari nec poni  
» de revocando modo aliquo vel ingenio, sub aliquo modo, colore,  
» vel forma, qui possit dici, rationari vel cogitari nec per viam  
» declarationis, nec aliter existendi perpetuo privatus cum suis  
» heredibus de omnibus officiis, beneficiis et Consiliis Communis  
» Venetiarum pro quolibet ponente vel consentiente Partem in  
» contrarium de revocatione vel declaratione tam predictorum,  
» quam alicujus alterius Consilii, vel aliter providente pro contra-  
» faciendo predictis, vel alicui predictorum; et quia posset repe-  
» riri aliquis volens subjacere periculo de ponendo Partem contra  
» predicta vel aliquid predictorum, sperans postea absolvi per gra-  
» tiam vel per alium modum, ordinetur, quod alicui, qui talia di-  
» ceret, vel faceret, aut presumeret ullo modo, nec suis heredibus  
» in perpetuum non possit fieri gratia, donum, remissio, revocatio,  
» vel declaratio per aliquem modum, vel ingenium, aut colorem  
» qui possit dici, rationari vel cogitari sub penis omnibus predictis  
» pro quolibet ponente vel consentiente Partem, gratiam, vel de-  
» clarationem, aut revocationem in contrarium aut alicujus alterius  
» Consilii vel aliter providente; ita quod venirent ad contrafacien-  
» dum predictis vel alicui predictorum; et sic servetur de omni-  
» bus illis ultra predictis ad infinitum, qui auderent dicere, vel  
» loqui, vel ponere aliquid contra predicta vel alicui predictorum  
» in aliqua forma de mundo, cum omnibus ligaminibus, penis et  
» stricturis, predictis et si Consilium est contra, sit revocatum.

» Et committatur expresse nostris Advocatoribus Communis et